tendarum dedit donavit dotalitavit inscripsit et
reformavit prout praesentibus dat donat dotalitat
inscribit et reformat. Quam quidem medietatem
Bonorum suorum generaliter omnium praemissorumque
eadem Generosa Consors sua cum suis utilitati-
bus et emolumentis quomodolibet attinentibus et per-
tinentibus generaliter universis tenere habere et
possidere illisque quiete et pacifice uti frui et
vigore et tenore aliarum Reformationum hactenus
ordinarie in Regno observari solitarum hac
praesenti Inscriptione ad praemissa ordinarie mediante.

Dsik M: Castell: Sanoc: Quietat

Comparens personaliter coram Officio et Actis prae-
sentibus Castrensibus Capitanealibusque Sanocensibus
Generosus Stanislaus Dzik sanus mente
et Corpore existens a Terris Officiis Iuribusque
Iurisdictionibusque suis quibusvis praepositis et competenti-
bus recedendo Sigillatim vero Castrensi Capi-
taneali Sanocensi Iurisdictioni se cum suc-
cessoribus ac bonis suis generaliter omnibus quo
ad actum praesentem attinet totaliter et plenarie…

incorporando atq. subjacendo petam libere publice ac
per expressum recognovit. Quia yore Illustrem et Ma-
gnificum Franciscum de Magna Kunczyce Mniszech
Castellanum Sandecensem Sanocensem &c. Capitaneum
eiusq. posteros de summa Duorum Millium florenorum
Polonicalium Actis Castren. Capitanea &c. Cracoviensis
olim Generoso Joanni Choynacki modo simplicis de-
biti inscripta et recognita ac demum per eandem olim
Generosum Choynacki sibi Recognoscenti Actis qui-
buscunq. Autenticis Regni transfusa et abcessata
iam vero persoluta fuit de Inscriptionibus praefatis
utrisq. Originali Debitoria et subsequenti Cessio-
naria inde de praemissis rationibus quietat
emittit ac liberum perpetuitet perpetuo. Inscriptiones
praedictas utrasq. tam Originalem Debitoriam
priam et subsequentem Cessionariam in toto Cas-
sat mortificat et annihilat Recognoscens sibi
summa eandem realiter praefatam esse persolu-
tionem. Hac sua per tertiam personali Recognitione
ad praemissa omnia mediante.

Sequuntur Acta Fer. Quinta Pridie festi
Sanctae Dorotheae Virginis et Martyris
1654.